UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Trevorum, 1576

VD16 ZV 206

Benedictio Palmarum, Dominica Palmarum cum Antiphonis Hymnis & Responsorijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-75472

Visual Library

ra clamantium ad te Do mi ne.

Completa Cinerum datione dicitur Verſus. Dominus uobiſcum. Reſpon. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

Oremus. Deus, qui iuſte iraſceris, & clemẽter ignoſcis, afflicti populi lachrimas reſpice: & iram tuæ indignationis, quam iuſte meremur, propitiatus auerte. Per dominum, &c. Reſp. Amen.

BENEDICTIO PALMARVM.

Sine omni ſalutatione ſic incipiendum.

Oremus. Deus, quẽ diligere, & amare iuſtitia eſt, ineffabilis gratiæ tuę in nobis dona multiplica: & qui feciſti nos in mortẽ filii tui ſperare, quod credimus

dimus: fac nos eodem reſurgente, peruenire quô tendimus. per eundem Chriſtũ dominũ. &c. Reſpo. Amen.

Deinde dicenda eſt Lectio ſine titulo.

In diebus illis. Venerunt filij Iſrael in Elym, vbi erãt duodecim fontes aquarũ, & ſeptuaginta palmites: & caſtrametati ſunt iuxta aquas. Profectiq; ſũt de Elym, & venit omnis multitudo filiorum Iſrael, in deſertum Sin, quod eſt inter Elym, & Sinai, quinto decimo die mẽſis ſecũdi, poſtquam egreſsi ſunt de terra AEgipti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen, & contra Aaron in ſolitudine. Dixeruntq; filij Iſrael ad eos: Vtinam mortui eſſemus per manũ domini in terra AEgipti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panes in ſaturitate. Cur eduxi-

ſtis nos in deſertum iſtud, vt occidere-
tis omnem multitudinẽ fame? Dixit
autẽ dominus ad Moyſen. Ecce plu-
am vobis panem de cœlo, vt egredia-
tur populus, & colligat quæ ſufficiant,
per ſingulos dies: vt tentem eum, vtrũ
ambulet in lege mea, an non. Die au-
tem ſexto parent, quod inferant, & ſit
duplum, quam colligere ſolebant, per
ſingulos dies. Dixeruntq; Moyſes, &
Aaron ad omnes filios Iſrael. Veſpere
ſcietis, quod dominus eduxit vos de
terra AEgipti: & mane videbitis glo-
riam domini. Audiuimus enim mur-
mur veſtrũ cõtra dominũ. Nos enim
quid ſumus qui muſsitaſtis contra nos.
Et ait Moyſes. Dabit dominus vobis
veſpere carnes edere, & mane panes in
ſaturitate: eo quod audierit murmura-
tiones veſtras, quibus murmurati eſtis
contra

contra eũ. Nos vero quid ſumus? Nec
cõtra nos eſt murmur veſtrũ: ſed cõtra
dominũ. Dixitq; Moyſes ad Aaron.
Dic vniuerſæ cõgregationi filiorũ Iſra-
el. Accedite corã domino: audiuit e-
nim murmur veſtrũ. Cũq; loqueretur
ad omnẽ cætum filiorũ Iſrael: reſpexe-
runt ad ſolitudinem, & ecce gloria do-
mini apparuit in nube.

Deinde cantatur Reſponſorium.

Col le ge runt pon-

tifices & phariſęi con cilium &

di ce bant, quid faci mus quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hic ho mo multa ſigna fa cit

ſi dimittimus e um ſic, om nes cre-

dent in e um. Ne forte ve ni-

ant Roma ni, & tollant noſtrũ

lo cum & gen tem.

Vnus

Vnus au tem ex ipſis Cayphas

nomine cum eſſet pontifex anni

illi us prophetauit di cens:

Expedit vo bis, vt vnus moria-

tur homo pro po pu lo, & non tota

gens pere at. Ab illo ergo

di e cogitauerunt interficere e um

dicentes. Ne forte.

Poſtea legitur Euangeliũ, Secũdũ Marcum.

In illo tẽpore. Cum appropinquarẽt Hieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montẽ oliuarũ: mittit Ieſus duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis. Ite in caſtellũ quod cõtra vos eſt, & ſtatim introeũtes illuc, inuenietis pullũ aſinę alligatũ, ſuper quẽ adhuc nemo hominũ ſedit: ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis vobis dixerit, quid facitis: dicite, quia domino neceſſa-

neceſſarius eſt, & continuo illũ dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullum alligatum ante ianuam foris in biuio. Et ſoluerunt eum. Et quidam de illis ſtantibus dicebant illis. Quid facitis ſoluentes aſinum? Qui dixerunt eis ſicut præcepit illis Ieſus: & dimiſerunt eis. Et adduxerunt pullum ad Ieſum: & imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum. Multi autem veſtimenta ſtrauerunt in via: alij autem frondes cedebant de arboribus, & ſternebant in via. Et qui pręibant, & qui ſequebantur, clamabant dicentes. Oſanna, Benedictus qui venit in nomine domini: Benedictum quod venit regnum patris Dauid, Oſanna in exelſis.

Deinde ſine ſalutatione: & ſine Oremus fit exorciſmus frondium.

Exorcizo te o͞nis creatura florũ, & frõdium in

in nomine pa ✠ tris omnipotentis, & in nomine Ieſu ✠ Chriſti filij eius, & in virtute ſpiritus ✠ ſancti. Proinde omnis virtus aduerſarij: omnis exercitus diaboli: omnis poteſtas inimici: omnis incurſio dæmonum eradicare, & explantare, ab hac creatura florum, & frondium: vt ad dei gratiam feſtinãtium veſtigia non ſequaris: & hanc gerẽtes non inquietare, non illudere pręſumas: interdico tibi, per eum qui vẽturus eſt iudicare viuos, & mortuus, & ſæculum per ignem. Reſpon. Amen.

ORATIO.

Oremus. Deus qui hodierna die ad inſinuandũ humilitatis exemplũ, ſaluatorem noſtrum ſuper aſinum ſedere: & à turbis regẽ appellari, & collaudari voluiſti: reſpice deuotam populi tui humilitatem: vt qui cum palmis, & cęteris

cęteris frondibus laudi tuę dicatis, in memoriam huius venerandę ſolennitatis deuotus occurrit: tibi iudici venienti, cum palma victorię, & fructu bonorũ operũ ſecurus occurrat. Qui viuis, & regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp.

Amen. Dominus vobiſcum. Reſpo.

Et cum ſpiritu tuo. Sur ſum cor da.

Reſpon.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reſpon. Habe mus ad do minum.

Gratias agamus do mino de o no ſtro.

Reſpon. Di gnum & iu ſtum eſt.

Vere dignum & iuſtũ eſt, æquum

& ſalutare. Nos tibi ſemper, & vbique

gratias

gratias agere, Domine ſancte, pater o-

mnipotẽs, æterne deus: mundi condi-

tor, omniũ creaturarum mirabilis diſ-

poſitor: Qui inter ipſa mũdi primor-

dia, cũ ex nihilo cũcta conderes, ligna

quoq; fructifera, & diuerſo vſui congrua, terrã producere iuſsiſti, ac poſt maledictum interdictæ arboris, vniuerſa nobis per obedientiam vnigeniti filij tui in benedictionẽ conuertiſti.

tiſti. Bene ✠ dic etiam hos multige-

narum arborũ ramos, inter quas præ-

cipuè arbor oliuæ pinguedine cũctas

præcellit, per quam etiam mundi cri-

mina diluuio quondam expiarentur

effuſo, columba ramum eiuſdem de-

ferens, pacem terris redditam nunci-

auit. Nec non, & innocẽs turba ſpi-

ritu ſancto afflata, vnigenito tuo do-

mino noſtro Ieſu Chriſto pro totius

mundi

mundi ſalute paſſuro, obuiam cur-

rens, palmarum, & huius arboris ra-

mos abſcindens, ac veſtigijs eius ſub-

ſternens, iam quaſi triumphatorem

de mortis principe oſtendebat. Te i-

gitur domine ſuppliciter deprecamur,

vt qui omnia deuotione eiuſdem re-

demptoris noſtri, ſacratiſsimam paſ-

ſionem præuenire nitimur, ipſo adiu-

uante palmam victorię tenentes, atq;

oleo

oleo miſericordiæ intrinſecus reful-

gentes, vt eius reſurrectionẽ præmi-

um vitę, & immortalitatis coronam

percipere mereamur.

Si pręcedens præfatio cantetur, quod ſequitur in tono collectę, clara voce, pronunciandum eſt.

Per eundem dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecũ viuit

& regnat in vnitate eiusdē ſpiritus ſancti deus, per omnia ſæcula ſæculorum.
Reſpon. Amen.

ORATIO.

Oremus. Deus, cuius filius pro ſalute generis humani, de cœlo deſcendit ad terras, & appropinquante hora paſsionis ſuę, Hieroſolymam in aſino venire: & à turbis Rex appellari, ac laudari voluit: bene ✠ dicere dignare hos palmarum, cęterarumq; frondium ramos: vt omnes, qui eos laturi ſunt, ita bene ✠ dictionis tuę dono repleantur, quatenus in hoc ſæculo hoſtis antiqui tentamenta ſuperare: & in futuro cū palma victoriæ, & fructu bonorū operum tibi valeant apparere. Per eundem dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. &c. Reſpon. Amen,

Benedi-

BENEDICTIO.

Bene ✠ dic, quęſumus, domine hos palmarũ ramos: & pręſta, vt quod populus tuus, tua veneratione, hodierna die corporaliter agit, hoc ſpiritualiter ſumma deuotione perficiat, de hoſte victoriam reportando: & opus miſericordiæ tuæ in opere diligendo. Humiliter etiam deprecamur, vt pręd ictarũ arborũ germina ita ſancti ✠ ficare digneris: vt loca, ad quæ deportata fuerint, ſancti ✠ ficata efficiant: quò iniquitas omnis diſcedat, & tua nos ſemper dextera protegere dignetur.

ORATIO.

Oremus. Deus, qui diſperſa congregas: & cõgregata cõſeruas, qui populis obuiam Ieſu ramos portantibus, benedixiſti: bene ✠ dic etiã hos ramos palmę, atque aliarum arborum, quos tui

famuli

famuli ad nominis tui bene ✠ dictio-
nem fideliter ſuſcipiunt, in quocunq;
loco introducti fuerint, tuam bene ✠
dictionem in eo manentes conſequan-
tur, & omni aduerſa valetudine fugata:
tua dextera protegat, quos redemit.
Per eũdẽ dominũ noſtrũ Ieſum Chri-
ſtũ filiũ tuũ qui tecum viuit & regnat
in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per om-
nia ſæcula ſæculorũ. Reſpon. Amen.

Deinde aſpergãtur & purificentũr rami: quo facto, dicatur vel cantetur ſequens Antiphona.

Pueri Hebræo rum tollentes ra-

mos oliua rum obuiauerunt domino
claman-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clamātes & dicētes, Oſanna in exelſis.

Idem ſecundo repetendum: ac tertio dicitur.

Pueri Hebręo rum veſtimēta pro-

ſterne bant in vi a, & clamabant

dicentes: Oſan na filio Dauid, bene-

di ctus qui ve nit in no mine

domini

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do mini. Oſan na in excel ſis.

Interim dum hæc dicuntur diſtribuuntur rami benedicti, Deinde ſacerdos dicat orationem ſequentem.

Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus: qui dominum noſtrum Ieſum Chriſtum hodierna die ſuper pullum aſinæ ſedere feciſti: & turbas populorũ ramos arborũ, ac veſtimenta in via proſternere: &, Oſanna, in laudẽ ipſius decantare docuiſti: da, quæſumus, vt illorum innocentiam imitari poſſimus, & eorũ merita conſequi mereamur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſpon. Amen.

Alia.

ALIA.

Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, qui Chriſti filij tui paſsione nos reparas: cõſerua in nobis opera miſericordię tuę, vt huius celebritate miſterij perpetua deuotione viuamus. Per eũdẽ Chriſtũ dominũ noſtrũ. Re. Amẽ.

Dehinc Aſperges vt conſuetum eſt.

Ad proceſsionem.

Cum appropinquaret do minus

Hieroſo ly mam, miſit du os ex

diſcipulis ſuis, dicens. I te in caſtel

G lum

lum, quod contra vos eſt, & inueni

e tis pullum aſinę alli gatum ſu-

per quem nullus hominum ſedit, ſol-

ui te & adduci te mihi. Si quis

vos interroga uerit, dici te, opus

domino

do mi no eſt Soluite: Soluentes ad-

duxerunt ad Ieſum, & im poſuerunt

ſi bi veſtimenta, & ſedit ſuper eum.

Ali j expandebant veſtimenta ſua

in via: Alij ramos de arboribus

ex ernebant, & qui ſequebantur

clamabant, Oſanna. Benedictus qui

venit in nomine domini. Benedictũ

regnũ patris noſtri Dauid. Oſanna in

excelſis, miſerere nobis fili Da uid.

Alia Antiphona.

Cum audiſſet populus quia Ieſus venit Hieroſo lymã, acceperunt ramos palmarum, & exierunt ei ob- uiam, & clamabant pu e ri dicen- tes: Hic eſt qui venturus eſt in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſalu tem populi. Hic eſt ſa-

lus noſtra & redemptio Iſrael.

Quan tus eſt iſte cui throni &

dominationes occurrũt, noli timere

fi lia Sion, Ecce rex tuus venit tibi

ſedens

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe dens ſuper pullum aſinæ ſi-

cut ſcrip tum eſt. Salue rex fabri-

cator mũdi, qui veniſti redimere nos.

Alia Antiphona.

Occurrunt turbæ cum floribus &

palmis redẽptori domino & victori

triũphanti digna dant obſequia, filiũ

dei ore gentes prædicant, & in laudẽ

Chriſti voce tonãtes iubilãt, Oſanna.

Pſalmus, Benedictus Dominus Deus. Euouae.

Gaude & lætare Hieruſalem, ecce

rex tuus venit, de quo prophetæ præ-

dixerunt

dixerunt, quē angeli ſemper adorant,

cui cherubin & ſeraphin ſanctus, ſan-

ctus, ſanctus, proclamant.

Antiphona.

Ceperunt omnes turbæ deſcendē-

tium gaudentes laudare deum voce

magna

magna ſuper om ni bus, quas vi-

derāt, virtutibus, dicētes: Benedi ctus

qui venit ín nomine domini, pax in

cœlis, & gloria in excelſis.

Turba multa quę conuenerant ad

diem feſtum clamabat ad dominum,

benedictus qui venit in nomine do-

mine Oſanna in excelſis.

Gloria laus & honor tibi ſit Rex

Chriſte redemptor. Cui puerile decꝰ

promi-

prompſit Oſanna pium. Gloria. Iſrael

es tu rex Dauidis & inclyta proles, No-

mine qui in domini rex bene dicte

venis. Cui puerile decus. Cœtus in

excelſis te laudat cœlicus omnis: &

morta-

mortalis homo cuncta creata ſimul.

Gloria. Plebs hebræa tibi cum pal-

mis obuiam venit, Cum prece, voto,

hymnis, adſumus ecce tibi. Cui. Hi

tibi paſſuro ſoluebant munia laudis:

Nos tibi regnãti, pangimus ecce, me-

los. Gloria. Hi placuere tibi, placeat

deuotio noſtra, rex pie, rex clemẽs, cui

bona cũcta placent. Cui. Gloria laus.

Prædictæ Antiphonæ non debent omnes dici, ſicut nec omnes Verſus, Hymni, Gloria laus, ſed accipi debet ſecundum quod proceſsio durat.

Scriptũ

Scriptũ eſt enim, Percutiã paſtorẽ, &

diſpergẽtur oues gregis. Poſtquã autẽ

ſurrexero, pręcedã vos in galileã. ibi me

videbitis, dicit dominus. Turba mul.

Ingrediendo templũ Reſponſoriũ ſequens cantandũ.

Ingrediente domino in ſanctam ciui-

ta tem Hebræo rum pue ri re-

ſurrectionem vitæ præ nunci an-

tes cum ramis palma rum, Oſanna,

clamabant, in excel ſis. Verſi. Cūq;

audiſsēt quia Ieſus venit Hieroſolymā

exie-

exierunt obuiam e i. Cum ramis.

ORATIO.

Oremus. Gratiam tuā quæſumus domine mentibus noſtris infunde: vt qui angelo nunciante Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſsionē eius & crucem ad reſurrectionis gloriā perducamur. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſpon. Amen.

DE ADORATIONE CRVCIS IN DIE PARASCEVES.

Finitis Orationibus, quæ poſt paſsionem in miſſali habentur, duo Presbyteri procedũt ad cornu Epiſtolæ, & ibi in poſteriori parte anguli altaris, accipiunt crucem, à miniſtris ſibi præparatam: & verſa facie ad chorum cantāt ſequentem Antiphonam.

Po pu le meus, quid feci tibi,

aut in quo cõtri ſtaui te? Reſpon-

de mihi: Qui a edux i te de terra

AE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN